Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



EMENTO ENIM illi dicitur · qui ex humano more · qui nihil aliquando potuit obliuisci · cui omne praesens est praeteritum et futurum 7 Ille enim dauid · manu fortis et desiderabilis dns xps et omnis mansuetudinis · id est uirtus inmensae patientiae eius ostenditur 7

DNE DAVID & omnis mansuetudinis eius 7

Iurauit dns · id est iure iurauit · hoc e ueraciter firmeque promisit quando petro ait 7 Mitte gladium tuum in locum suum 7 Calice quem dedit mihi pater non bibam illum · Votum itaq · filii fuit · ut per aduentum incarnationis eius · reconciliaret patri genus humanum 7

Sicut iurauit dno · uotum uouit do iacob 7

Tabernaculum dicit caelestem habitatio nem · ubi post resurrectionem assumpta carne uidentibus ascendit apostolis 7 Lectus ipsius · est requies intellegenda · beatissimae passionis 7

Si introiero in tabernaculum domus meae · si ascendero in lectum stratii mei 7

Somnus iste intellegendus est requiesmortis · quatriduano tantum pausacione susceptus est 7 Palpebre · a palpando dicta s · quae nisi tremule quadam remissione quieuerint · somnus oculos n potest introire 7

Si dedero somnum oculis meis · & palpebris meis dormitationem 7